

BENEDICTIO FRATRI BERNARDO DATA [BenBern]

«In die qua domina Jacoba paravit illam comeditionem beato Francisco, recordatus est pater [fratris] Bernardi, dicens sociis suis: “Hec comedio est bona pro fratre Bernardo”. Et vocans ad se unum de sociis suis, dixit ei: “Vade, dicas fratri Bernardo, quod statim veniat ad me”. Igitur statim¹ frater ille et duxit ipsum ad beatum Franciscum. Et sedens coram lecto, ubi iacebat beatus Franciscus, dixit frater Bernardus: “Pater, rogo, ut michi benedicas et ostendas michi dilectionem, quoniam [si] paternali affectione in me ostenderis dilectionem, credo quod ipse Deus et ceteri fratres de Religione amplius me amabunt”. [...] Frater Bernardus statim appropinquavit [se] magis ipsi. Beatus Franciscus ponens manum suam super caput ipsius benedixit ipsum. Insuper dixit uni de sociis suis:]

¹ “Scribe, sicut dico tibi: ² Primus frater quem dedit michi Dominus fuit frater Bernardus, et qui primo incepit et complevit perfectissime perfectionem sancti Evangelii, distribuendo bona sua omnia pauperibus, ³ propter quod et propter multas alias prerogativas teneor ipsum magis diligere quam aliquem fratrem totius Religionis. ⁴ Unde volo et precipio, sicut possum, quod quicumque fuerit generalis minister ipsum diligat et honoret tamquam me ipsum, ⁵ et etiam alii ministri provinciales et fratres totius Religionis ipsum teneant vice mea”.

[Et plurimum inde consolatus est frater Bernardus et alii fratres videntes hoc»].

(*Compilatio Assisiensis*, 12: *Fontes francescani*, 1487-8; cfr. *Speculum Perfectionis*, 107: *Fontes francescani*, 2025).

¹ Woord, vergeten door Paolazzi.